

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**De Lingvae Chaldaicae Vsv In Nominibvs  
Praenominibvsqve Vvlgaribvs explicandis**

**Hasse, Johann Gottfried Hasse, Johann Gottfried**

**Regiomonti, [1798?]**

**VD18 1352853X**

Theses.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9826**

## T h e s e s.

1. Inter *reuelationem* et *inspirationem*, si accurate finiatur utraque notio, nihil fere discriminis videtur intercedere.

2. Daniel V, 19 — *נפד* ex Syro multo melius vertitur, in vitam reuocans s. recreans, quam ex LXX, Vulg. Ar. et Luth. *percutiens* aut *delens*, ob Antitheta et Parallelismum.

3. Liber Danielis ob plura, quae continet, graeca vocabula et historiam Cap. X. XI. in seriora tempora deductam a Daniele ipso, qualis nunc est, non profectus, sed a seriori manu elaboratus et ante Antiochi Epiphanis obitum vix profectus esse videtur.

4. *Cornelius Nepos* in vita Hannibalis Cap. XI. in loco, qui vulgo sic effertur: „At Eumenes, soluta epistola, nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret; cuius etsi causam *mirabatur*, neque reperiēbat, tamen proelium statim committere non dubitauit“ non scripsisse videtur, *mirabatur*, quomodo enim potest mirari causam Eumenes, quam non reperit? sed *rimabatur* h. e. indagabat; quod vocabulum non ita frequens potuit facile in *mirabatur* a librariis mutari.

5. Ies. VII, 14. 15. non ita Messianum nobis videtur, quam Ies. I, 11—17.

6. Reuelationem immediatam eamque supernaturalem in conscientia illustrata ponere (*Ammon's Entwurf einer wissenschaftlich-praktischen Theologie* p. XXII.) et sibi ipsi et sacris litteris repugnat.